

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio ae
cum fonte primo

Tales offerunt hostiam uiuentem,
Deo placentem, immaculatam, non aure,
non oculo, non pede, non cauda carentem.
Audiat hoc senum sera conuersio
quibus ex defectu senectutis aures obturantur,
oculi turbantur et, ut cuncta breuiter perstringam,
ipsi in se per se deficiunt.
Hii non offerunt agnum immaculatum sed,
ut ita dicam, porcum curtatum.
Sicut enim porcus in inmundiciis,
sic senex iacuit in uiciis,
et sicut porcus siliquiis pascitur,
sic senex fabulis et rumoribus delectatur.

Hugo ibidem (de claustro anime libro III.
capitulo X.).

Tales offerunt hostiam uiuentem,
Deo placentem, immaculatam, non aure,
non oculo, non pede, non cauda carentem.
Audiat hoc senum sera conuersio,
quibus ex defectu senectutis aures obturantur,
turbantur oculi, et ut cuncta breuiter perstringam,
ipsi in se per se deficiunt.
Hi non offerunt Agnum immaculatum, sed,
ut ita dicam, porcum curtatum.
Sicut enim porcus in inmunditiis,
sic et senex iacuit in uitiis:
et sicut porcus siliquis pascitur,
sic et senex fabulis et rumoribus delectatur.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri*
quatuor, 3.10 (PL 176, col.1111A-B).